



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Innocentio XIII. & Benedicto XIII. editas

Luxemburgi, 1740

XXXII. Annulatio Privilegiorum personalium Fratrum Min. Sancti Francisci
in Regnis Portugalliæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74724](#)

ANNO
1724.

Concessio
præd. ex mo-
tu proprio.

Clausulæ.

XXXII.

Dat. 3. Oct.
1724. An. I.

Proemium.

Causa præ-
senis abro-
gationis.

Abrogatio
prædictorum
privilegiorū
upto con-
tra Ord. Sta-

BENEDICTUS DECIMUS-TERTIUS.

133

doliber innodatæ existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolentes, & absolutas fore censentes motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine, ut deinceps perpetuis futuris temporibus omnes, & singuli Patriarchæ Constantinopolitani, Alexandrin., Antiochen., & Hierosolymitan. præfentes, & futuri Exomidem super amiculio breviari in quibusvis functionibus, & actibus publicis, ac privatis ubique deferre, & gestare, illaque uti libere, & liceat possint, & valeant tenore præsentium concedimus, & indulgemus.

§. 2. Decernentes eadēm præfentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectar, & pro tempore spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari: Sieque in præmissis per quoscumque Judges Ordinarios, & Delegatos, etiam Caesuram Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinal. etiam de Later Legatos, & alios quoslibet quacumque præminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuiilibet quavis alteri judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXX. Septembris MDCCXXIV. Pontificatus nostri Anno Primo.

Abragantur privilegia omnia personalia, quæ Minoribus Ord. S. Francisci in Regnis Portugalliae concedi confueverant.

Hac de re vid. Clem. XI. Constitut. ed. 1718. P. 18. ubi innovatur Conf. Clem. X. de revocatione privilegiorum personalium eorumdem Fratr. Provinciae Brasiliæ.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuum rei memoriam.

Sacrosanctum Apostolatus Officium humilitati nostræ per ineffabilem Divinæ Sapientiæ providentiam commissum jugiter nos admonet, ut inter gravissimas, multiplicesque Apostolica servitutis curas illam peculiari studio amplectamus, per quam Christifideles altissimi obsequiis sub suavi Religionis jugo mancipati, sublati iis, quæ regulari eorum observantia, atque disciplinae detrimentum adferre noscuntur, juxta laudabilia eorum instituta prospere dirigantur, illis que firmiter insistentes, optatis in dies benedicti Domino, proficiant incrementis.

§. 1. Cum itaque sicut accepimus in Portugalliae, & Algarbiorum Regnis, ac eorumdem Regnum Infulis in Indiis Orientalibus, & Ultramarinis conquisiis, prædictorum Regnum Portugalie, & Algarbiorum dominio temporali subjectisabusus invaluerit, ut passim Fratribus Ord. Minorum S. Francisci de Observantia, & Reformatoriis, seu Strictioris Observantia, ac Tertii Ordinis nuncupatorum diversa Indulta, & privilegia personalia concedantur, ex quo gravissima inconvenientia, & scandala in Ordine præfato enascuntur, & magnum relaxationi ostium aperitur: Nos qui regularem disciplinam ubique vigere, & omnem illius relaxationi viam præcludi summopere cupimus, de opportuno remedio, quantum cum Domino

possimus providere volentes, ac fel. recordat.

Urb. VIII., & Clementis X. Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum vestigiis inherentes, motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, omnia, & quæcumque Indulta, seu privilegia personalia quomodocunque nuncupata, etiam extra claustra quoad Parentes, vel Consanguineos degendi quibus dicti Ordinis Fratribus in Regnis, & Insulis prefatis consisten, cujuscumque qualitatibus, dignitatis, & conditionis existant (Charissimi in Christo filii nostri Joannis Portugalliae, & Algarbiorum Regis Illustris Theologo, Concionatore, & Confessario dumtaxat exceptis) quovis titulo, prætextu, causa, & occasione, & ad cujuscumque instantiam, & supplicationem, tam a nobis, & a Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris, & a quibusvis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Congregationibus, quam etiam ab ipsis Sedis in eisdem Regnis Nunciis, ac a quibuslibet Ordinis hujusmodi Superioribus hactenus quoquamodo contra, & præter regularia Ordinis prædicti instituta, & Apostolicas Constitutiones concessa harum serie perpetuo revocamus, annullamus, cassamus, abrogamus, & abolemus, illaque perpetuo revocata, cassata, abrogata, & abolita, viribusque, & effectu vacua fore, neminique nullatenus suffragari, neque de cætero a quoquam concedi posse; Sicque per quoscumque Judges Ordinarios, & Delegatos, etiam Caesuram Palatii Apostolici Auditores, ubique judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attenari decernimus.

§. 2. Mandantes propterea in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub excommunicationis, privationisque suorum officiorum, ac vocis activæ, & passivæ, penitio eo ipso incurris dilectis Filii Ministro, ac Vicario, seu Commissario Generalibus, ac Ministris Provincialibus, aliisque dicti Ordinis Superioribus, ut quamprimum præsentes nostra literæ ad eorum notitiam per venerint, omnes, & singulos Patres, & Fratres Ordinis hujusmodi similia indulta, seu privilegia habentes, illis eo ipso privatos, & spoliatos esse declarant, nec quemquam illis uti finant, vel permittant; Inobedientes quoslibet, & rebelles opportunitis juris, & facti remediis juxta regularia ejusdem Ordinis Statuta Apostolica auctoritate confirmata, omni, & quacumque appellatione, reclamatione, & recursu remotis compescendo.

§. 3. Non obstan. præmissis, ac quibusvis literis Apostolicis super concessione, seu confirmatione concessionis privilegiorum hujusmodi emanatis, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dicti Ordinis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Consuetudinibus; Privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & alii decretis etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus in genere, vel in specie, aut alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis etiam pro illorum sufficiente derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda fore, illorum omnium, & singulorum tenores, acsi de verbo ad verbum nihil penitus omisso,

Bullarii Rom. Contin. Pars VII.

M

& for-

ANNO

1724.
tuta, & Apo-
stolie. Con-
stitutiones.

& forma in illis tradita observata exprimereantur, & infererentur, presentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes illis alias in suo labore permanens, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

J. 4. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo persona in Ecclesiastica dignitate constituta munitis, eadem proorsus fides in JUDICIO, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur si forent exhibita, vel ostensa.

Dat. ROMÆ apud S. M. Majorem sub Annulo Piscatoris die III. Octobris MDCCXXIV. Pontificatus Nostri Anno Primo.

XXXIII.

Reservatur Romano Pontifici dispensatio super voto perseverantiae pro ingressuris tamen dumtaxat Congregationem Doctrinæ Christianæ in Regno Neapolis.

Hujus Conf. ed. 1725. Septembbris 28. P. 1. unitur Congregatio Neapolitana Doctrinæ Christianæ, cum Congregatione Avenionensi. Et Clem. XI. Conf. ed. 1724. Jun. 11. P. 14. Conceditur suffragium de liberativum Definitorii adjuncti ejusdem Congregationis Galliae.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Dat. 24. Nov.
1724. An. I.

Expositio
facti.

Preces Con-
gregacionis
praedictæ.

Reservatio
dispensatio-
nis praefata.

Clausula de-
rogatoria.

Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Presbyteri Congregationis Doctrinæ Christianæ in Regno Neapolis, quod pro augenda, & conservanda eorum Congregatione valde expediat, ut nomen eidem Congregationi dare volentes post probationis annum votum perpetua stabilitatis, cuius dispensario Nobis, & Romano Pontifici pro tempore existenti reservata sit, emittere teneantur. Nobis propterea dicti Exponentes humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latere, si quibus quomodolibet innotata existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, dispensationem super dicto voto perseverantiae pro ingressuris tantum prædictam Congregationem Nobis, & Romano Pontifici pro tempore existenti dumtaxat auctoritate Apostolica tenore præsentium reservamus, & quatenus e memorata Congregatione egrediantur, ab exercitio suorum Ordinum suspensi remanere debeant.

J. 1. Decernentes eadem presentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit inviolabilitatem observari: siue in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debet; ac irritum, & inane, si fecis super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

J. 2. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dictæ Congregationis, etiam Juramento, & confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia corroboratis, statutis, & consuetudinibus; privile-

giis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo labore permanens ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum ROMÆ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXIV. Novembr. MDCCXXIV. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Conceduntur Privilegia Familiaribus Sanctitatis sue.

Ab Innocentio XIII. concessa fuerunt Conf. ed. 1721. Maij 26. P. 1. Et a Clem. XII. conceduntur Conf. ed. 1731. Julij 25. P. 2.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

ANNO
1724.

XXXIV.

Dat. 15. Dec.
1724. An. I.

Diriguntur
Literæ Familiari-
bus eius-
dem.

Venerabilibus Fratribus Nicolao Mariae Lericcio Nazianzen. Cubiculi nostri Praefecto, Prospero Marefuso Caſarien. Auditori Noftro, Nicolao Coſcia Transanapoltan, Libellorum supplicum Nobis porrectorum, Camillo Merlini Icōnien. Notarum arcanner, & Carolo Majella Emessen. Literarum nostrarum in forma Bravis, quæ ad Principes scribuntur respective Secretaris, ac Josepho Accorambono Philippen. Archiepiscopi Subdatario, Nicolao Augustino de Abbatis Oliverio Porphyrien. Sacrariorum nostri Praefecto, Franciso Antonio Fini Avellin, & Dominico de Rubeis Vulturnarien. Episcopis, necon dilectis filiis Philippo Coſcia Vicario in Civitate, & Dieceſi Beneventan, a Nobis deputo, Nicolao Albini Velliario, & Eleemosynario Secreto, ac Nicolao de Simone Beneventan. Nicolao Xaverio Sancta Maria Salernitan. Joanni Vincenti Reatin, Bernardo Pizzella Triventin, Franciso Paccia Neapolitan, Januario Vitelli Pinceræ, & Franciso Aſcolensi Beneventan. Architribilio; Hieronymo Columnæ Forerio Majori, Octavio Rinaldo de Bubalo a Valle, & Philippo Astallio Romanis Cubiculariis intimis seu Secretis, Michaeli Angelo de Paulis Pisauren, & Joanni Baptista Nuccarini Fulginaten. Medicis Secretis, Dominico Prati Brittinorien, Ignatio Clementi, & Januario Genovese Beneventan, Paſchali Ferrari Nolan, Ignatio Philippo Pierſanti Camerinen, Nicolao Schinofi Beneventan, & Michaeli Angelo Troyſi Minervien. Capellanis Secretis, Josepho Longo Beneventan, & Januario Sancta Maria Nolan. Clericis Capellæ nostra Secretæ, Dominico Eustachii Beneventan, Dominico Martino Firman, Donato Antonio Civitella, & Antonio Ferri Beneventan, Andreæ Joannis Præfetin, & Andreæ Coppola Beneventan, respective Civitatum, vel Dieceſum Cubiculi nostri adjutoribus, ac Julio Silvaggio Romano Magistro Domus nostra, Clericis, seu Presbyteris, vel Laicis familiaribus continuis commensalibus nostris salutem, & Apostolicam Benedictionem.

J. 1. Circumspæcta Romani Pontificis gratiarum dispensatoris providentia devotos, & fidèles suos, illos præsertim, qui grata familiaritatis obsequia jugiter ei impendunt, ac quos ad id alias propria virtutum merita commendant, honoris, & famæ amplioribus præconis, ac præclaris dignitatum titulis decorare, & ornare, necon specialis benevolentiae favoribus amplecti solet, prout personarum qualitatibus conspicit convenire. Hinc est, quod Nos ad grata familiaritatis obsequia, quæ vos, qui etiam

continui

Cause præ-
ferentis con-
fessionis.